

tem foeliciter domuit, molliter fregit, acriter incitavit, habenas traxit, retraxit phaleras, laxavit. Quis lanista fortior? Atleta robustior? Nullus eo gloriosior Olympionices coronatur.

Sextum, & decimum annum agens, Imperij tractans rationalia, illicò Religionis appetens, Committiam ex Optimatibus, Religiosis, Primariisque licurgis, nomine censuræ congregari iussit & velut Iosaphat Rex Hebræorū industria dexter, & dexteritate Industrus; qui nihili tanti habuit, vt Regale fastigium conscendit, nisi Sedulos mittere Excursores in Regnum, qui Patritios mores, flagitijs senescentes, reuocarent, distringerent, cohiberent. Diuinis profecto illectus, Diuum ISIDORVM Mantuæ-Carpentanorum Agricolam, & Patronum: Flamigeratum IGNATIVM Societatis institutorē: Inclitū XAVERIVM, eiusdem Alumnum, & Indiarum Apostolū: Diuā THERESTAM, Caltimoniæ confertissimum Paradigma: Dominam ISABELLAM, cogno-

mento

g. Referrunt Cespèd. lib. 2. cap. 1. fol. 35 Guadaluax. 5. part. Hist. Pontifi. lib. 2. cap. 2. fol. 473. Sed prorsus inscū regij decreti valde notandi, quod expeditum fuit die octaua Aprilis anni 621 & ad litteram refert Tapia vbi supra elog. 1. fol. 7. ibi: *Y esta junta se ha de hazer, quando las muchas ocupaciones de vuestro cargo dier en lugar à ello. Y se ha de tener todos los Domingos, pues no impide el ser dia de fiesta à vnacion tan Christiana. Y si pareciere, se podrá señal. v. oiro dia en la semana. Y por la primera vez, se har à la junta el Viernes primero de Pasqua de Resurreccion, y se dara principio a esta obra con la bendicion de Dios, que por intercession de su bendita Madre me de su gracia, y supla mi tierna edad, para que aceriè à gouernar conforme à las reglas de su santa ley, y beneficio vniuersal de todos mis Reynos, y para que desde este principio tan del diuino seruicio, enremos componend las cosas de Estado, y guerras, que piden tanta atencion.*

mento Pacificam, Reginam Portugallia: & Oratorij exstructorem apud Romanos PHILIPPUM NERI, Sanctorum orauit munerari Cathalogis; Et eius precatione tanto culmine decoratus fuit PETRUS NOLASCUS, Redēptionis signifer. Insuper Abulensē PETRUM ab ALCANTARA: Conspicuū FRANCISCUM de BORJA: Egregium IOANNEM, hospitalitij Iaris Patriarcham, Beatorum apice, & cohonestari, & Oratoribus postulauit, & prorecolendo Nomine impensas effusissimus erogauit. Et tota estuans animi feruescentia Beatificationem Eximij GREGORIJ LUPECIJ & FERDINANDI Regis Castellæ, hoc nomine Tertij, & cognomine Sancti, qui eiusdē fuerat Decimus Tertius Auūculus; supplici demissione, & vberere repēdēdo munere proclamauit; & indies vtriusque cultum ritè litādum lætificanda præstolatur Hispania. Quas prolegationes, ad Romanam Curiam pro exaltatione Sacrorum Pontificū adoranda, profidei negotijs faustè comparandis,

ad

h. Refert Cathalogum horum Sanctorū idem D. Ioann. Anton. de Tapia in notis ad elog. 1. n. 33. pag. 68 Cespèd. lib. 3. cap. 2. fol. 8 Guadaluax. dict. 5. part. lib. 18. cap. 1. anno 622 fol. 509. & lib. 19. cap. 1. anno 623. Camargo in additionibus anno 622. pag. 624. & anno 636. & constat ex Bullis origin. habitis. tom. 4. Bullarij noui Cherubini à fol. 5. vsque ad fol. 29.

i. Quintana in lib. de las grandezas de Madrid lib. 2. cap. 47. & quatuor sequētib; & verba Egidij Consului Dauilla in theat. Ecclesie Metropolitanæ Mexici pag. 58. merito suo idiomate referenda sunt: Estas informaciones se remuñeron a España, en virtud de la Cedula Real, y con ellas conformandose con el espíritu, y zelo de su glorioso, y muy piadoso Padre, la Magestad Catholica del Rey Don Felipe Quarto, escriuio a la Santidad de Urbano Octauo suplicandole en carta, su data en 5. de Mayo de 636. le da a este admirable Varon los honores de la beatificacion: y se va tratand de ella.

j. PHILIPPUS Secundus, Carolus Quintus, Philippus Primus Ferdinādus Quintus; Ioannes Secundus, Henricus Tertius, Ioannes Primus, Henricus Secundus, Alphonſus Vndecimus, Ferdinandus Quartus, Sancius Quartus, Alphonſus Decimus, Ferdinandus Tertius, Cognomēto Sāctus. Numera & inuenies tredecim,

Quod lepidè modulabatur Ludou-
is a Tribaldo Regius huius Impera-
oris Historiographus in Ep̄nesi Iberi-
a pag. 45.

Hinc igitur Quartus magna cum laude Phi-
lippus

Imperrubatas rerum moderatur, habenas;
Nec tantum extremis Orbis modo Victor in
oris

Lauriger ardetis circūfert signa per Indos,
Quo. Om̄es, pariterq̄ cadē, sol aureus ambr,
Sed Libya armis om̄s late terroribus implet,
Germanos que truces domitat, Batavos que
rebelles.

Terque quaterque decens salus flus terri-
genarum,

Grande, decus pacis belli quoque lumen
vtrumque,

Gloria terrarum, fax es pravi inuida sacri.

Nemine tu, satius sed te simul indiget Orbis:
Non similem Natura etenim tibi procul
vnam

Largius, aut alibi fudit sua munera Caelū.

m. Aurea super hoc præcipuo munere
verba sunt Iacobi Chiffetij ad vindic.

Hil p cap. 15 fol. 154. Et obiit d. co Austria-
cos Hispania Reges pro Christiani nominis dig-
nitate, pro antiqua, & germana Religione
auctoritate semper bella gessisse, negasse Ullas

se comitiones pacis posse admittere, ut d. re. ijs, Qui eorum Imperio obnoxij à fide Catholica abhorrent
neq̄ cōdies habere voluisse, qui Coniit germana proles nō essent: eorū fortitudine, cura, sedulitate, plures
Christiano gregi Gētes, & Nationes aduētās quā præcritis seculis aliorū, seu Regū, seu Imperatorum
vigilijs, studijs querij, deberi quod à solis ortu vsq̄ ad occasum, & laudabile sit, & laudetur nomen Dñi.

Quibus accedūt alia nō minus aureis literis cōsignanda verba Ambrosij Marliani in theat.
polit. cap. 28 pag. 287. Quæ vnam natio, vī ingenuè fateor, tot Regna, & Prouincias incogni-
tas inuenit, vī Hispania? Quæ gens vexillum Crucis, & Christi gloriam nuntiauit in sulis, & remotis-
simis Regionibus, vī Hispania? Hæc in Indias fidem deduxit. Hæc in fines Orientis, & Occidentis San-
ctæ fidei nomen coram Regibus, & gentibus portauit. Hæc in remotissimos Iapnios, & Sinas penetra-
uit, & gloriam Christi inter illos posuit. Et in specie conspiciendus totus Baronius anno 563
ii. 17. & Didac. Benauidius Comes S. St. Iohannis in diuinis oraculis super c. 2. Genes. §. 2. fol.

ad Reges Exteros, Colonias, disti-
tas Potentatus longinquos, & pro-
fœdere inter eosdem mutuo concili-
ando, pro quiete suorum Regno-
rum hilariter enutrienda, iam ad
Belgas, ad Frãco-Gallos, ad Germa-
nos, ad Venetos, ad Burgundiones,
ad Batavos, ad Anglos, ad genuen-
ses; iã ad Turcas, ad Sinas, ad Etio-
pias, quantos Operarios, & diui-
ni verbi Præcones, quot impendijs,
quot erogationibus, quot annonis,
ab ærario consumptis non egit? nō
misiit? nō penetravit? non repedit?

Quod profecto tamen macrologia
huius Regis commendabilius
fuit, quod copijs, & agminibus Ita-
liæ, Britaniæ, & Belgiæ ad fidei tu-
tamen, m Pontificij larelitium, cir-
citer:

ad Reges Exteros, Colonias, disti-
tas Potentatus longinquos, & pro-
fœdere inter eosdem mutuo concili-
ando, pro quiete suorum Regno-
rum hilariter enutrienda, iam ad
Belgas, ad Frãco-Gallos, ad Germa-
nos, ad Venetos, ad Burgundiones,
ad Batavos, ad Anglos, ad genuen-
ses; iã ad Turcas, ad Sinas, ad Etio-
pias, quantos Operarios, & diui-
ni verbi Præcones, quot impendijs,
quot erogationibus, quot annonis,
ab ærario consumptis non egit? nō
misiit? nō penetravit? non repedit?

Quod profecto tamen macrologia
huius Regis commendabilius
fuit, quod copijs, & agminibus Ita-
liæ, Britaniæ, & Belgiæ ad fidei tu-
tamen, m Pontificij larelitium, cir-
citer:

citer militum triamilliarum munifi-
co, & frumentario sumptuū leua-
mine nutricabat. n. Quid enim pro
colenda fide non subiret? Quid pro
refouendo Regno non subsuineret?
Pro fide vitā amitteret. Pro Regno
sanguinem prodigeret. Hostes fi-
dei, vt exploderet, vigilabat: vt
communiret Vrbes, satagebat: vt
libertate sospitaretur Hispania, fa-
tigabatur. Nunquam deamplifi-
cando Imperio, vel de augendo
Censu sollicitus; sed deporten-
dendo Euangelio Dexterrimus.
In priuatis erat eius pressa fruga-
litas, vt in publicis augesceret in-
crementata Religio; & prorogata
eius adolesceret Dominatio. Cœ-
terum, quæ bella PHILIPPUS in O-
landia, Flandria Subaudia, Germa-
nia, & Sueuia^o pro quibus omnibus
præsto fuit, suppetias suis militibus
intulit paratissimus: vberrimas pe-
cunias, & congiaria liberaliter dis-
pēlauit? Nefarios hostes fidei quin-
quagesbis superarunt eius arma
in bellis terrestribus, inter quæ fa-
migeratior omnib9 seculis Europe
p. rra

n. Legendus est D. Iohann Anton. de
Tapia dict. elog. i. n. 26. fol. 12. ibi:
Ten los 16 años de su reinado ha tenido en ca-
paña solo para la DEFENSA, Y EXALTA-
CION DE LA FEE CATHOLICA, en los
exercitos de Alemania, Italia, y Flandes; y en
las armadas de los mares Mediterraneo, y Oc-
ceano; dos millones y ochocientos mill hombres,
dexando todos los años para garnicion de los
Presidios, y plazas de armas de su Corona, y
para si se ofreciese ocasion preuenidos quinze-
tos mil. Quo pacto nuncupatur Magnus
PHILIPPUS IV. brachium, & columna
fidei a Iacobo Chiffetio in verbis finali-
bus dict. cap. 145 ibi: Non erit igitur quæ
ex q̄ iustis norma neget iustū esse, vt PHILIP-
RUS IV. decessorum iure Hispaniarum Imper-
rator, antiqui Orbis potentissimus Archi-Rex
Clodouei Pr̄ni Regis, & CAROLI MAGNI
Imperatoris Germanus, primigeniusque saguis,
dextrum Ecclesie brachium, ac firmissima fidei
Catholica columna, Regi Francorum Occiden-
taliū anteponatur: ritūque solenni ac festo
apparatu a Sancta Sede Apostolica N O U I
ORBIS IMPERATOR, vī reuerā est,
pronuntietur Et multa memoriæ mandā-
da cumulat felici auspicio Doctor Mon-
cada Traductor Armachani in Martegallico lib. i. cap. 25. & 26. fol. 43.

o. Gundisalbus de Cesp. lib. 2. cap. 5 &
9. & lib. 5. cap. 10. & lib. 4. cap. 7. &
multa nouiter referens Nicolaus Vernu-
leius in trophæis Ambrosij Spino læ per
sex integras orationes a fol. 168. vique
ad fol. 242.

p. Tapia vbi supra num. 25. ibi: Consi-
nuendo en gran parte. y justamente enpe-
ñando su Real Patrimonio por la Exaltacion de
la Fè.

9. Verba hispano sermone describit idē Tapian. 26. Ha vencido à los enemigos de la Iglesia en cinquenta y dos batallas Campales, siendo entre todas (como la mas importante) la mas memorable, la que vieron los muros imperiales de Norling. en 6. de Septiembre del año de 634. en que los DOS FERNANDOS DE AVSTRIA AUGUSTOS GENERALES, (COMO UNOS EN EL NOMBRE, Y SANGRE, IGUALES EN EL VALOR, Y LA PRVDENCIA, Y SIEMPRE IMMORTALES EN LA FAMA) vencieron al exercito de mas reputacion, y experiencias, que vió la Europa. Dexandole tan debilitado, que de veinte y cinco mil y seiscientos Infantes, y Caballos de que se componia, no se pudieron juntar despues dos mil con libertad, y vida. Sin que de los nuestros entre muertos, y heridos, llegasse el numero à mil, y seiscientos, publicándose à vezes la Christiandad (como la que al successo debe la quietud que goza) VIVA ESPAÑA, QUE TANTO BIEN NOS HA HECHO.

r. Idem autor Tapian. 27. pag. 13. in illis verbis: Han triunfado en el mar sus baxeles ochenta y quatro vezes. Y es digno de memoria el triunfo de 8. de Agosto de 21. dia San Lorenzo, y victorioso para España. De que fueron fieles testigos las estrechadas ondas de Gibraltar. Donde diez baxeles de su armada pelearon, y rindieron treinta y vno de Olandeses, dexando solo seis libres. por que se preuieron con la fuga, quedando los veinte y cinco, que esperaron, maltratados, ahogados, y prisioneros.

r. Rheda genus leuiculi currus. in quo gestabantur nobiliores. Notant Quintilianus lib. 1. declam. cap. 9. Rheda meritoria vehébatur Imperatores, cuius meminit Sueton in Cesare cap. 57. Agelius lib. 10. noct. atticar. cap. 25. affert pro elloquio, in Rheda d. sputabat sedens & multa notans Petrus Fernádez Navarrete in libello, cui inscribitur Conservacion de Monarquias discurs. 37. pag. 250. Doctor Ioann. Roderic. á Leone in panegyro Augustali dedicatoria PHILIPPO IV. Sacrata.

parta victoria de Norling. Inqua vterq̄ FERDINANDUS AUSTRIÆ strenuus fuit Polemarchus, Classiū que Præfectus; quibus aderat vna nominis familiaritas, sanguinis necessitudo germana, æqua, in præliando pugnacitas, & in monimētis temporum non æquè imitanda Celebritas. 9. Octogies quater eius marinæ Cohortes, Argo-naues, bellicique Nauarchi de iisdem perduellibus triumphauerunt PHILIPPVS in Palatij rheda Sedens, Religione, & Pietate catafractus, Germaniam conuulsit, Galliam perterruit, Belgiam siccurauit, Olandiam oppressit, Sueuiam profligauit, feruentia bella sub quiete disposuit. Latissimas glebas animi fortitudine vindicauit; interanea Suorum disidia comiter consopiuuit. Recuperauit enim prece, si fortè quidquam amittebat in acie.

Nec

Nec tan Brigantinos Lusitanos coronam capiti, quan capite coemisse coronam, dum vitam exposuere luctamini, diuino Numine videar ex merito subituros; cū virtus hispana de certamine clarior, de resistentia fulgentior, de proscinctu foelicior.

Quæ pietas in PHILIPPO! Qui ab ineunte ætate mores dociles, & tractabiles! Superbiam quæ summam potentiam comitator, & Domitianum deobscurauit, ab eius animo erat penitus relegata. Iracundia, quæ Maximum turbauit, & in Regibus ab infantia pinguis saginatur, & maiestate sceptoris saginata pinguescit, ab eo prorsus exulauit; & tantum vernaculè spectata clementia u quasi ex Tertuliano dicamus, Adigens caute in ambitioni. * Quid superis cognatiis, quam Regem inter Imperia non insolescere, Maiestatem interfastigia, & Strumas Dominationis temperamine coerceri, ratione vinceri? Quod de Helbidio Tacitus extollebat; Retinuitque (quod est diffi-

r. Sueton. in eius vita ibi cap. 13: Aclamari etiam in Amphitheatro epulari de libertate audit Domino, & Domina feliciter. Parique arrogantia cum procuratorum suorum nomine formalem dicitur Epistolam, sic caput: Dominus, & Deus noster sic fieri iubet. Iunctis plurimis alijs, quæ signanter congerit Rhodigin. lib. 21. antiq. Lect. cap. 31. Brissonius de verb. signif. verbo Diu. Iustus Lipsius in notis secundis ad lib. 2. Ann. Taciti pag. 509. Petrus Greg. lib. 6. de Repub. cap. 13. Cæsar Bullengerus omnino legendus de Imperatore Romano lib. 1. à cap. 5. vsque ad 12.

r. Apparet ex Capitolino in Maximinis, dum inquit: In salutationibus superbis finis erat, & manum porrigebat, & genua sibi osculari patiebatur, non nunquam etiam pedes & trem interiectu, ipseque iracundus precantibus.

u. Nomen quidem Regis, eà benignitate, eà indulgentia exercebat ut cum Civibus suis, quasi cum liberis Parens riuus. Refert D. Ioann. Francisc. de Montemayor de Cuenca Regius Consiliarius in Conuentu Mexicano loquens cum ipso Catholico PHILIPPO IV. in mirabili Tract. del origē, y Priuilegios de los Ricos Hombres de Aragon Epist. dedicat. fol. 134.

* Tertull. in Apolog. cap. 5.

7. Tacitus in vita Iulij Agricolæ.

difficillimum) ex sapientia modum; & paucis intericctis: ex magnitudine gradum.] Modestiam in apice Dignitatis gratè amplexus est; cum cæteri mortales, si vel levis aura fœlicitatis inspiret, vel suffumet fauor, inflantur, tumescunt in spiras, vellificantur in Colubros, fumescent in ventos, vt Idem Seneca philosophatur: *Res est inquieta fœlicitas, ipsa se exagitat, mouet cerebrũ, non vno genere, alios in aliud irrat, hos in potentiam, illos in luxuriam, hos inflat, illos mollit, & totos resoluit.* Cuius animum non pupugit Filiorum inopinata distractio. Placidissimæ Coniugis inauguratus excessus? Solus PHILIPPUS inter homines perdidit pretiosissimas Gemmas, & Margaritas, Mariam, & Catharinam, Dominam Marianam Antoniam, Inuictum Principem Purpuratum, & Toleti Archiepiscopum; Balthasarem Carolũ. ^a Quæ tempestate cum omnes eum recrudescere, refricari, fremere, commoueri de facili coniectarent, Iob verba in suo ore reuerenter iacta de-

8. Epist. 36. ad Lucillum.

A. Roderic. Mendez de Silva in Cathalogo Regio, & Chronologico in vita Magni PHILIPPI IV. pag. 165. Quinana in dict. lib. de las Grandezas de Madrid. lib. 3. cap. 42. fol. 347. Camargo in addition. Ad Marianam anno 1646. pag. 662. Ioann. Roderic. in paneg. aug. fol. 6.

delineant historici. *DOMINVS DEDIT, DOMINUS ABS- TULIT, SICVT PLACVIT DEO ITA FIAT.*

^b O immensissimum Dinastæ erga subditos dilectionis obsequium! Vt pro Epigraphe est, eavice Epistola missa Marchioni de Belada. O verbũ, non aureis notis in templo Famæ, sed in ipso regnandi Solio adamantinis characteribus consignandum! Verbum, quo subditos vocat filios. ^c Heu PHILIPPI prosperi properè deploratus Occasus! Veluti Regia Babylonis spina, quod die, seritur, eodem germinata respirat; aut more fulminis, quod vno ictu cecidit, occidit, abcessit, ^d nisi eodem eiectu SECVNDI CAROLI secunda Natalitia fœlicitas gaudia peperisset Imperio. Sed in his perferendis laboribus, quam singularis in PHILIPPO fuit illa tranquillitas animi, & in adversis semper sibi constans integritatis thenor; quæ inter præclaras huius Imperatoris virtutes, de facili; illa quidem altæ mentis è Cælo participata serenitas,

^b Sic testatur D. Didac. de Aedo & Gallart. in libello cui titulus est, Viaje, y Sucessos del Infante Cardenal.

^c Todos debemos conformarnos con la voluntad de Dios, y yo mas que todos fue servido de llevarse a mi Hijo, yo quedo con el sentimiento, que podeis juzgar con tal perdida; pero con toda resignacion en las manos de Dios, y con aliento, y animo para tratar de la defensa de mis Reynos, que tambien ellos son mis Hijos, y si he perdido vno, he menester conservar los otros. Refert ad literam hanc Epistolam disertissimus Pater Frat. Bonaventura de Salinas, & Cordova in exequijs, & Sermone funerario eiusdem Principis habito in hac Metropolitana Ecclesia, anno 1647. Quo pacto rectissime D. Nicolaus Roderic. Ferosinus in tom. Allegation. Fiscal. Epistola. dedicatoria Catholicum PHILIPPUM nominat IN LABORIBVS TOLERANTISSIMUM.

^d Seneca lib. 2. natural. quæst. & ibidẽ Libertus Fromondus. interdum in eadem materia multa diuersa eiusdem vis fulminis facit: Sicut in arbore, quod aridissimum est, vrit: quod solidissimum, durissimum est, reuolat, & frangit: Summos Cortices arripit, interiores libros interioris arboris rumpit, ac scindit, folia perstringit, ac tundit. Et eodẽ lib. ut idem futurũ sit fulmen, quod faciũ est.

e Notanda Theodosij verbr memorat Socrates lib. 2. cap. 22. ibi: Iras cohibere a dicit; dolorem toleranter ferre: neminem, qui eum iniuria affecerat, vltisci: immo vero vnquam illum ira incensum aspexit. Cuidam ex necessarijs aliquando lufitanti, cur neminem, qui intulisset iniuriam, morte aliquando multasset; sic respondit, vitam potius mihi potestas esset, eos qui mortui sunt ad vitam denuo reuocandi. Et inspirantius arridet Divus Ambros. in concione de obitu Theodosij Imperatoris ibi: Beneficium se putabat accepisse augusta memoria Theodosius, cum rogaretur, ignoscere: & tunc propior erat venia, cum fuisset commotio maior iracundie. Prærogativa ignoscendi, erat indignatum fuisse: & optabatur in eo, quod in alijs timebatur, ut irasceretur. Hoc erat remedium Reorum, quoniam cum haberet supra omnes potestatem, quasi Parens expostulare mallebat, quam quasi iudex punire, vincere enim volebat, non plectere: aequitatis iudex, non poena arbiter: qui nunquam veniam consentienti negaret. Et Cassiod. lib. 12. Epist. 16. Benigni Principis est, non tam delicta velle punire, quam tollere: ne aut acriter vindicando aspernetur nimis, aut leniter agendo putetur imprudens. Pulchre Divus Greg. lib. 2. in Job. cap. 8. & Chochier in Thesaur. polit. Aphorism. lib. 2. cap. 6. fol. 71.

f Rodericus Mendez in dict. Cathalogo Regio pag. 165. D. Didac. Benavidius in Horis succiuis super cap. 2. Genes. 4. 3. fol. 274.

g Ludouicus à Sancta Maria in libello typis mandato anno 664. qui inseribitur Octaua sacramente culta per totum. Tribald. Regius Chronologus in Epænesi Iberica fol. 35.

tas, quæ nullo potuit vnquam instantium tumultu bellorum, ingruentium terrore calamitatum, & publicis damnis, & domesticis infortunijs, de suo statu dimoueri. Cōstans, & libens, velut alter Theodosius^e excipiebat iniurias; & tāquam pro virili portione donabat hostibus innocentiam. Æterno Regi, quam frequentes ille de precesiones cōstituebat ad Tempia; Rosarium Beatæ MARIE VIRGINIS penso quotidiano persolvens! Quā solemnis fuit, eo tenente Clavum, Resque publicas, Sacramentorum vsus! Quo vt frequentius Catholici donarentur Sacellum regium, aut Gynæsiū in Parochiam erigi, pridie nonas Martias anno 1639^o opere executus fuit Quid aliud, quam eius largissimam charitatem prædicant, ab eo constitutæ Sodalitates, Christicolarum Tentoria, reædificata Hospitalia, Anachoritarum Cœnobia, & præsertim D. HIERONIMI del Escorial, g & alia pietatis nomine erecta Gimnasia; ac si liceret, quod de Galba

Ta-

Tacitus^b de PHILIPPO, non inglorius dicere ausim; Precarium sibi Imperium, ac breui transiturū; Cū nostra misera conditio necessitudinis lænocinio, misericordiæ aucupio diuinam munificentiam, clanculum subornat ad gloriam, inuitat ad lauream, demulcet ad præmium.

Quanta Reipublicæ literariæ attulit monimēta, speciosa sui Nominis in sempiternum non emortitura suffragia! Quando ergo litteræ, & litterati effloruere micantius, PHILIPPI Imperio? quorum emetiri Prouincias, & numerosam Chrono-taxim esset circo orbiculari Cœlos, & acicula concludere maria: Sed ex omni scientiarum aurificina, artiumque mergite ab anno 621. fuisse plusquam quatermillia, & triacentena scribentium à municipijs Castellæ referunt Bibliopolæ; & ne pro decorandis litteris specimē vllum sineret indecorum, Imperialem Academiam erexit, dote decem mille aureorū instituta quotannis, quam & opulenta

b. Lib. 1. Hist.

i Tradunt Don. Nicolaus Anton. Iacobus Monacho-miles in Bibliotheca hispana. Basilius Varen in addit. ad Hist. Petri Mexicæ in vita Ferdinandi Tertij. Aug. Imperatoris Austriaci pag. 722. & sequentibus, & multos referens D. Antonius de Leon in Bibliothec. Orient. & Occid. edita Matritij anno 629.